



**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

305. feria 5. de puritate cordis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](#)

938 Feria 3. Domin. 19. post Pentecost.  
etiam non inhonestos vitare. 4. Id ipsum  
circa se servare. 5. Privatim ita, atque in o-  
mnium oculis agere, quia Angeli nos ubi-  
que intuentur, quorum oculos merita re-  
verebimur, & multò magis, quia, ut ait Ter-  
tullianus: *ubi Deus, ibi pudicitia* Lib de cult.  
fœmin. hujus virtus curâ & studio Metropo-  
lis vitiorum ( ita S. Ambrosius lib. 1. de A-  
braham. c. 4. vocat libidinem) expugnatur.

#### MEDITATIO CCCV.

Feria 4. Domin. 19. post Pentecost.

#### *De puritate cordis.*

**V**Idebo Dominum IESVM Puritate velut  
nube diaphanâ vestitum. per quam ejus  
sanctitas Angelorum oculos recreat, Dei-  
que. Petam hanc beatitudinem mundicordis  
obtinere.

*Conf. 1.* Puritas cordis est cogitatio-  
num, affectionum, sermonum, operum.  
que munditia.

*Conf. 2.* Incitamenta 1. Si munditia cor-  
poris homini juctunda, & salutaris, aliisque  
cum eo conversantibus grata; multò magis  
erit puritas cordis. 2. Aperit oculos mentis,  
ut ijs Deus videri possit, juxta D. Hieron. in  
cap. 5. Matth. mundus Deus à mundo corde  
aspicitur. 3. Exemplum Christi, qui nec pec-  
catum fecit, nec dolus inventus est in ore ejus,

ab

Feria 6. Domin. 19 post Pentecost. 539

ab Apostolis perpetuis coinitibus, aut à Pharisæis observantibus, aut a judicibus corruptis, aut ab ipso diabolo tentante, omnes habet testes suæ innocentiae. Ob hanc corpus suum templum compellabat: *Dissol-*  
*vite hoc templum: in quo nihil profanum, le-*  
*ve, sed divina omnia, puritate referta.*

*Conf. 3. Actiones ejus. 1. Amorem rerum visibilium, honorum, voluptatum, divitiarum, deponere. 2. Nec seipsum, nec sua nimis amare. 3. Cor à malis, & vanis apprehensionibus emundare. 4. Immunem se à peccatis levibus, & gravibus servare. 5. Mentem Deo, & cælestibus inhærere.*

### MEDITATIO CCCVI.

Feria 6. Domin. 19. post Pentecost.

#### De Pietate.

*A* Spiciam Dominum JESVM Pietate plenissimum erga omnes, etiam tentantes se, imò & proditorem, & percussorem. Pemam eum imitari.

*Conf. 1. Pietas est virtus, quā Parentibus, Fratribus, tam carnalibus, quam spiritualibus, cultum honorem, ac reverentiam, & officium, subventionem, & defensionem tribuimus.*

*Conf. 2. Incitamenta. 1. Præceptum Domini: Honora Patrem, &c. 2. A bestijs ad pietatem*

Z 6 moye-